



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 153. Poloniæ Regis epistolæ ad Martinum Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

num Salvatoris nostri millesimum qua- Sæcul. XV.  
dringentesimum trigesimum sextum regu- A. C. 1419.  
lari observantia aliis præluxit, sanctam-  
que vitam coluit, quamvis ejus conjux  
illius exemplo minime saperet, nec ad fa-  
niora rediret.

## §. CLIII.

*Epistolæ Poloniæ Regis ad Martinum  
Papam.*

Cum Pontifex Florentiæ ageret, allatæ *Vonder*  
sunt literæ, quas Poloniæ Rex in- Hardt fo. 4.  
eunte hoc anno ad eundem perscripserat.  
Querebatur injuriam sibi occasione litis  
cum Equitibus Teutonicis a Synodo illa-  
tam, eoquod Nuncii Papales, etiamsi dun-  
taxat ad conciliandam pacem, non vero  
ad decidendam Equitum Prussorum cauf-  
sam mandata accepissent, nihilominus Re-  
gem nec auditum, nec per se, nec per  
alium suo nomine præsentem condemnaf-  
sent, quinimo sententiam in eum, prius-  
quam sibi exhiberetur, promulgassent.  
Idem exponit, quod, quamvis ejusmodi  
sententia, ita opinante summo Pontifice,  
juri suo non derogaret, nihilo tamen se-  
cius ejus famam læderet, cum saltem  
calumniatoris, atque iniqui litigatoris no-  
tam sibi aspergeret, se quidem, addebat,  
haud ægre ferre, Papæ Nuncios plus Equi-  
tibus, quam sibi propensos fuisse, non ta-

Sæcul. XV. men dissimulare posse, quod illi existimationem suam apud omnes ejusmodi sententia tam inique denigrassent, hacque suffulti eo audaciæ, ac temeritatis processissent, ut nec de pace, nec de induciis ultra mentionem fieri paterentur.

A. C. 1419. Subjungebat demum, ipsum quoque Joannem Falckenbergium ab hisce Equitibus incitatum fuisse, ut Regiam suam personam velut Ecclesiæ, ac Christianæ Religionis eversorem ubique proclamaret, quamvis inviolabile suum erga utramque studium facta luculenter demonstrarent: Equites econtra omnia pacta violasse, variis licet præliis devictos, iten-tidem tamen ad arma rediisse, se vero, licet frequentem de Equitibus victoriam reportasset, ad primum tamen Papæ, Cæsarisque nutuni victricibus suis armis finem imposuisse, spe fretum, tandem firmam, solidamque pacem, eorum opera, stabiliendam esse; Ceterum se haud ignorare. Nuncios illos aperto partium studio abreptos fuisse, se tamen iisdem Conciliatoribus usurum, ac de pace cum Teutonicis acturum, dummodo Sanctitas sua injuriam iniqua hac sententia sibi illatam reparare, suumque honorem redintegrare dignaretur. Dlugoffus, qui hanc Epistolam Historiæ suæ Polonicæ integrum inseruit, testatur. Pontificem, tam suorum Nunciorum, quam Equitum agendi rationem

nem vehementer improbasse; unde haud Sæcul. XV.  
temere conjicimus, eodem tempore Pa-<sup>A.</sup> C. 1419.  
pam in gratiam rediisse cum Polonorum  
Legatis.

## §. CLIV.

*Perusium a Papa recuperatum.*

Post hæc summus Pontifex Florentiæ *Anton. in tit.*  
adhucdum agens nullum non movit 22. c. 7.  
lapidem, ut Mediolani Ducem Pandulfo  
de Malatestis reconciliaret; nec piis Mar-  
tini studiis optatus defuit eventus. In-  
terea Braccius Mantuanus, qui nomen  
Defensoris Romanæ Urbis sibi arrogave-  
rat, a Sfortia inimico suo, & Reginæ  
Neapolitanæ Connestabili urbe pulsus est,  
ac præter Perusium, aliasque nonnullas  
Patrimonii D. Petri civitates, reliquas  
omnes amisit, quas ab obitu Ladislai Ec-  
clesiæ ditionibus ereptas possederat.  
Hic, cum studiosissimus esset Joa-  
nis XXIII, arma adversus Martinum V.  
movit, cuius anathema adeo petulanter  
vilipendit, ut per ludibrium ipsus quoque  
summum Pontificem excommunicare  
præfumeret. Quapropter Martinus in-  
fensissimi hujus hostis vires fracturus, ur-  
bes, quæ adhucdum ejus tyrannidi subdi-  
tae erant, recuperare aggressus est, Flo-  
rentinis Pontifici validam opem ferenti-  
bus, quorum opera tandem Braccius ad

D d 5      pedes